


54
Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvanie, Russiae, Prussiae,
Masoviae, Samogitiae, Nijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Incolensiae, Severiae,
Czerniechoviæque.

Universis et singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit notum facimus. Quod Nos ad demonstran-
dam eo magis Nostram Regiam Benevolentiam in Personam Magnifici Stephani Deubowski Castellani Cze-
choviensis de Nobis benemeriti, eundem postquam numero Equitum Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et
Martyris annumeraverimus, nunc Ordine Equitum Aquile Albe, condecorandum esse duximus, prout de fa-
cto condecoramus. Quod Omnibus quorum interest ad notitiam deducendo: Extraneos amice requirimus, Subditis
verò Nostris mandamus, ut prefatum Magnificum Stephanum Deubowski pro Equite Ordinis Aquile
Albe habeant, nominent, et agnoscant. In cuius rei fidem presens Gratia Nostra Documentum, Manu No-
stra subscriptum, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XIII. Mensis Novembris Anno
Domini MDCCXXIX. Regni verò Nostrì XVII. Anno.

Diploma pro Equite Ordinis
Aquile Albe Magnifico Stephano
Deubowski Castellano Czechoviensi
datum.

Antonius Sikorski S. R. C. M. T. S.
et Sigilli Regni Secretarius



Stanislaus Augustus R. P.

Procancelariatu
Illrmi Excellmi et Rndmi Domini
Antonij Onuphrij de Okęci

Okęcki

Episcopi Posnaniens et Narsaviensis
Procancelarij Regni

Sigillatum

al. in. 17. 17.

497



Rkp 4224/28